



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CXXXVIII. Der Bischof Friedrich bestätigt die Vereinigung der Kirche der beiden Dörfer Langerwisch, am 22. August 1303.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

civitatis Brandenburg per eundem procuratorem, qui pro tempore fuerit, solvi absque occasionis velamine annis singulis, prout donavimus, procurabunt, non obstante, si antedicta curia non inhabitetur, agri ejus non colantur, seu etiam penitus defoletur. In cujus rei testimonium prefens scriptum sigillo ecclesie Brandenburgensis una cum sigillo nove civitatis Brandenburg duximus muniendum. Et nos confules universi nove civitatis Brandenburg predictae in signum, quod predicta omnia grata velimus haberi et rata, sigillum civitatis Brandenburg predictae duximus de communi consensu universitatis nostre presentibus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini millesimo trecentesimo tertio, septimo Kal. Augusti.

Nach dem im Domarchiv befindlichen Original und einer Copie der vollständiger gefassten Ausfertigung, welche die andere Parthei (der Magistrat der Neustadt Brandenburg) empfangen hat.

CXXXVIII. Der Bischof Friedrich bestätigt die Vereinigung der Kirche der beiden Dörfer Langerwisch, am 22. August 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica provivus et confirmatus, dilecto sue dyocesis clerico Henrico plebano in Beeliz, salutem in domino sempiternam. Cum Hedenricus, venerabilis in Christo Brandenburgensis ecclesie episcopus, antecessor noster pie memorie ambos ecclesias in Langerwisch novo et in antiquo Langerwisch legitime et canonicè univerit, ita quod ecclesia antiqui Langerwisch pro filia novi Langerwisch est habenda, et cum dominus Hermannus, Brandenburgensis marchio unioni hujusmodi de novo ratihabitionem sive suum prebuerit consensum ex resignatione domini Conradi, quondam in antiquo Langerwisch plebani, nos predictarum duarum ecclesiarum unionem et prefati domini Hermannus Brandenburgensis marchionis ratihabitionem in nomine domini presentibus confirmamus. Mandamus igitur vobis firmiter in hiis scriptis, quatinus dominum Johannem de Milow, Brandenburgensis ecclesie cellerarium, cui istarum ecclesiarum unitarum curam animarum porreximus, in corporalem possessionem inducatis, precipientes civibus utriusque ville, quod predicto domino Johanni, eorum plebano, debitam reverentiam exhibeant et honorem. Datum Zegefere, anno domini M^o. CCC^o. tertio, feria quinta post assumptionem sancte Marie virginis.

Nach dem Original.

CXXXIX. Der Bischof Friedrich erinnert die Pröpste seiner Diöcese, daß ihm und dem Dompropste von Brandenburg als seinem Stellvertreter allein das Recht zukomme die Seelsorge zu conferiren, am 28. Octbr. 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica provivus et confirmatus, honorabilibus viris et discretis prepositis universis per ipsam diocesan Brandenburgensem constitutis sinceram in domino caritatem. Relatione didicimus veridica, quod nemo auctoritatem